



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de**

**Coloniae Agrippinae, 1655**

VIII. Initium Zuinglianai schismatis in Heluetia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

elefia, ac Minister quoque Geneuenfis, Daniel Toffanus (a) nomine, qui contra Marbachium Lutheranum fcripfit, eius defenfionem fufcepit: è quibus poftremus ille affirmare non erubuit, *Platonem, Numam, Scipionem & alios Paganorum virtute excellenti präditos, in numero effe electorum.* (b) Hanc Zuinglij tamen fententiam ipfe Oecolampadius reprobaui. Lutheranus vero quidam à Zuinglij calò ut nobis caueamus, facere monet, *ut in quo Hercules quoque hofpitium habeat, terribili fua claua mituendus.*

VIII. Hoc modo Zuinglius, æque ac Lutherus olim Wormatiæ apud Comitiam & alibi, confefus, uti putabat, confessione bonam, fundauit gloriose feftam fuam, apud Helucios, Tigurinos præfertim, exorfam & fortius ex hoc tempore introduxit & ftabiluit, arcepta eadem, qua Lutherus occasione indulgentias fcilicet, quas Franciscanus quidam Mediolanenfis prædicabat, ac deinde facerdotum cœlibatum oppugnando; idemque ei quod Luthero accidit, ut fcilicet vno (c) articulo conuulfo, paulatim ceteros quoque labefactare inciperet, ac tandem non minus quam Lutherum fapere fe exiftimans, noyam fuo arbitrata fibi religionem comminifceretur. Ad quam hærefis Bertrami veteris hæretici fcripta magnam ei dederunt occafionē eorūq; mifâ copiâ Albertū Brandeburgicū ad fuas partes adiungere ftudebat: (d) fed maluit hic Lutherū q̄ Zuingliū fequi. Zuinglio oppofuit fele fed cū primis Ioannes Eckius, is enim An. 1526. viperam quali incuabulis aggreffus 5. Maij Ingolftadij edidit *πρωδοξογία* Zuinglij Germanicè inferiptam *Falsche ohnwarthafftege vnd verfährifche lehr Ulrich Zwingel außgezogen auß des Ulrichs Schrifften* eamque obrulit quatuor Epifcopis Badenæ 16. die conuenturis in Comitium, exftat libellus in bibliothecis. Eidem Zuinglio non minus quam Luthero fortiter Dominicani primi fe oppofuerunt. Epifcopus Conftantiensis vbi de Zuinglij conatibus accepit, miffo Vicario fuo Ioanne Fabro, Senatū Tigurinum monuit, vt ne in religionis negotio quidquam temere decideret, fed totius cauffæ cognitionem Concilio quod iuftabat, permitteret (e) Zuinglius nihilominus fomnia fuade Sacramento aliaque commenta Tigurinis & alijs ita perfuafit, vt, quamuis informis tum adhuc, Nouæ Religionis hic ferus pro legitimo fuerit fufceptus, & huc vsq; non fine maximis turbis & feditionibus forus quamobrem Lutherani Zuinglium &

Oecolampadium, vt contumaciter veritati refiftentes, cenfent biennio poft horrendo Dei Iudicio è medio fublato effe. fiquidem ipfe Zuinglius, (f) vt cordatum decet Miniftrum, hafta inter medias cohortes ftrenue pugnans, quadragefimo quarto ætatis anno occubuit, vt infra dicetur; & Oecolampadius mæore animum ob repentinum exitum Zuinglij extinctus cum Core & Dathan, cenferur, fed de hoc fufius infra dicetur. Atque hic ille Zuinglius eft quem Beza magnam Iefu Chrifti Apoftolum, ac Lutherus (g) *Sathana difcipulum* appellat: quorum hic præterea ait, quum *tamquam latro & feditiofus alios cogere vellet vt errorem ipfius fequerentur, iuflo Dei iudicio occifum ac damnatum effe.* (h) Lusherum tamen pro eo precari folitum, commenfalis eius fcribit. *Vtinam, dicebat, Deus ei ignofcat, eumque in æterna gaudia fufcipias!* Danæus, *verum Iefu Chrifti Martyrem, vocat, qui tamquam alter Iudas Machabæus (Hæreticos dicere debebas, aiunt Lutherani) mortem pro patria oppetierit.*

IX. Zuinglio Ioannem Oecolampadium, excucullatum Ordinis S. Brigitiæ monachum, recte fuccenturiamus. Hic etudiendis Comitibus Palatini liberis primo fuerat præpofitus (i); deinde parentibus & amicis vehementer vrgentibus, vt monachus fieret, proteftatus eft vt difcipulus ipfius Capito fcribit) etiam fi fexcenta vota fecerit, fe nullum eorum feruaturum, nifi bonum fibi videatur. Ingreffum huius monachi videmus, quid exitum miramur? Poftquam enim annos aliquot in Conuentu degiffet, abiefto cucullo, vxorem duxit, è qua filium *Eufebium*, & duas filias *Lenen* & *Althean* (nota Apoftolicam progeniem) fufcepit. Ait idem (k) fe, quum maxime monafterium relinquere cunctaretur, à Spiritu S. maxime incitari, atque vt exiret moneri folitum. Deferta religione, ad Zuinglium tranfiit; & vt ille Tiguri, ita hic Bafileæ velut Epifcopalem fedem fibi conftituit, & veteris Ecclefiæ inftituta ac ritus partim abrogauit, partim mutauit. Eam ob cauffam Erasmus nouationem hanc ægre ferens, vrbe

R 3 dis.

a Toffa pag. 180. b *Conr. Schluffelb. lib. 4. App. Cal. Theol. c Oecol. in 10b. cap. 16. pag. 68. Beza lib. de puni. hæret. d Schluffelb. lib. 2. Lanat. fol. 32. e Sebaft. Franck. in Chron. part. 2. fol. 702. 703. anno 28. f Vid. Ofual. Myeon. g Tom. 1. Coll. pag. 64. h Sur. Cochl. an. 31. i Pantaleon & Capite in vita Oecolamp. k Epif. ad Melanch.*